

✠ In nomine sancte et individue trinitatis. Anno ab incarnatione domini nostri ihesu christi. millesimo quinquagesimo quinto. mense septembrio indictione nona. Ego petrus gratia domini episcopus. duodecimo anno presulatus mei sancte sedis iubenaciensis ecclesia (1). qualiter una cum consensus jacinthus archipresbiter noster. et angelus sacer et primicerius. aliorumque clero nostri episcopii. et supposito mihi adboator noster. libertatem et securitatem facio tibi umfreida ex genere normannorum. a parte de potestate nostri episcopii de ipsa ecclesia qui vocabulum est sancte marie. quod tu modo lavorasti et reconciliasti de proprio tuo expendio. in loco ubi dicitur cisano. et me illam fecisti edificare. ut amodo et in antea omnibus temporibus. tam tu quam et tuos heredes. vel in cuius manibus et potestate ecclesia ipsa paruerit tenere. habeatis ad trasactum liberam ipsa prephata ecclesia. a parte de iamdicto nostro episcopio. et de mea potestate et de meis successoribus ut dictum est cum omni sua. pertinentia. vel cum conquesita. et acquisita sua. vel undecumque et quomodocumque ibidem stabilem aut mobilem intrare debuerit. sive votum aut luminaria ut dixi nulla potestatem ibidem habeamus aliquando. et presbyter vel monachos. qui ibidem conduxeritis. et miseritis. seu ordinaveritis. non habeamus potestatem illos exinde eiectione vel excommunicare sine certa et probata culpa. quam et habeatis potestatem in predicta sancta ecclesia omni tempore. pulsum aut campanam ibidem sonare. et omnia facere ut supra pro hordine legitur. et omni hora ecclesiastica ibidem die noctuque facere. sine omni requisitione et contrarietate

✠ Nel nome della santa e indivisibile Trinità, nell'anno millesimo cinquantesimo quinto dall'incarnazione del Signore nostro Gesù Cristo, nel mese di settembre, nona indizione. Io Pietro, per grazia del Signore vescovo, nel dodicesimo anno del mio presulato della chiesa della santa sede **iubenaciensis**, con il consenso di Giacinto nostro arcipresbitero e di Angelo, sacerdote e primicerio, e di altri del clero del nostro vescovado e sottoposto a me il nostro avvocato, dò libertà e garanzia a te **umfreida** della stirpe dei normanni da parte del nostro vescovado per la stessa chiesa con il nome di santa Maria che tu ora lavorasti e costruisti a tue proprie spese nel luogo detto **cisano** e mi facesti edificare quella affinché da ora e d'ora innanzi, per sempre, tanto tu che i tuoi eredi, o di chi nelle cui mani e nel cui possesso risulterà essere la stessa chiesa, abbiate per accordo affrancata la stessa predetta chiesa da parte del predetto nostro vescovado e della potestà mie e dei miei successori, come è detto, con ogni sua pertinenza o con le sue cose conseguite e acquisite, o dovunque e in qualsiasi modo, ivi dovesse entrare bene immobile o mobile o voto o cero come dissi nessun potere mai ivi abbiamo e il presbitero o monaco che ivi condurrete e manderete e ordinerete non abbiamo dunque potere di cacciare o scomunicare senza colpa certa e provata. Inoltre abbiate potestà nella predetta santa chiesa in ogni tempo ivi di battere o suonare la campana e di fare tutte le cose come sopra per ordine si legge e, giorno e notte, compiere ivi ogni funzione sacerdotale ecclesiastiche senza qualsiasi richiesta e contrarietà mia e dei miei successoria. E se io o i miei successori *quanto* fatto come sopra è detto per ordine volessimo dunque rimuovere o annullare in qualsiasi modo o con qualsiasi artificio noi

<p>mea meisque posterioribus. Et si ego vel meis successoribus <i>de hoc</i> facto qualiter supra dictum est per hordine remove. vel exire exinde voluerimus pro quocumque modis vel ingenio obligavimus nos composituros vobis. et in iamdicta sancta ecclesia. solidos centum. et alii centum solidos in domnico et per inbitis exinde semper taceamus. et maneamus in hoc facto ut supra per hordine legitur. Et taliter hunc scriptum liberationis et securitatis de iam dicta sancta ecclesia cum omni hordinis memorialis. scribere illum commisimus per manus mundus diaconus Atque primi Scrinius. nostri episcopii. mense et indictione supranominata. et propriis manibus meis hic me testavi.</p> <p>✘ Petrus qui supra episcopus Sancte sedis iubenaciensis ecclesie.</p> <p>✘ Archipresbyter qui supra jacinthus ego confiteor me coram testa fuisse.</p> <p>✘ σονιπας τουρμαρχις (2)</p> <p>✘ Angelus sacer et primicerius qui supra ego.</p> <p>✘ Ego iohannes presbyter ex parte monasterius</p>	<p>ci obblighiamo a pagare come ammenda a voi e all'anzidetta santa chiesa cento solidi e altri cento solidi come tributo dominicale e anche contro volontà dunque per sempre tacciamo e rimaniamo in quanto fatto come sopra per ordine si legge. E in tal modo questo atto di affrancazione e garanzia della predetta santa chiesa con ogni ordine menzionato affidammo a scrivere alla mano di Mundo, diacono e primo scriniario del nostro vescovado, nell'anzidetto mese e nell'anzidetta indizione e con le mie proprie mani questo io sottoscrissi.</p> <p>✘ Io anzidetto Pietro, vescovo della santa sede della chiesa <b>iubenaciensis</b>.</p> <p>✘ L'anzidetto arcipresbitero Giacinto io riconosco che davanti a me è stato testimone.</p> <p>✘ Io trumarca Sonipa.</p> <p>✘ Io anzidetto Angelo, sacerdote e primicerio.</p> <p>✘ Io presbitero Giovanni per conto del monastero.</p>
--	--

**Note:**

(1) Ex hoc Diplomate quidam Iuvenaciensis Episcopus nobis innotescit Ughello solertissimo Itolorum Antistitum Chronographo haud compertus, qui ex veterum monumentorum inopia sic ait: *Ejus Juvenacii) Praesulum continuatam seriem haud potuimus expiscari, quam modo interrupte dabimus, ex certis probatisque monumentis (Ital. Sac. Vol. VII. col. 270)*. Si autem chronologicarum notarum rationem habere velimus, dicendum nobis est episcopum Petrum praesentis Diplomatis auctorem, ante alium Antistitem Ioannem nuncupatum, qui an. 1071 Casinensis Ecclesiae dedicationi interfuit, atque secundo quidem loco inter ejusdem civitatis Praesules ab ipso Ughello memoratur, Iuvenacensem sedem tenuisse.

(2) Τουρμάρχις ac rectius Τουρμάρχης in inferiorum temporum tum graecis tum latinis monumentis quam saepissime occurit, maximeque in nostri Ducis Argyri Diplomate anno 1054 exarato, quod praeclarissimus vir, omnigenaque praeditus doctrina Angelus Antonius Scottius non vulgari eruditionis segete enucleatum, in luminis auras produxit. Hujscemodi verba in ipso diplomate deprehenduntur παρεγγιώμεθα γάρ και εξασφλιζόμεθα πασι τοις ύφ'ήμας από τε Τουρμάρχων. In latina quoque membrana quam sub numero DL edidimus, ejusdem vocis, de qua sermo nobis est, mentio habetur *Signum sancte et manus mee Iohannes qui fui olim Turmachus*. Quod vero ad suam spectat significationem, heic proderit animadvertere, saepe ad denotandum militum manus Ducem id nominis fuisse usurpatum, sicuti apud Theophantem ann. XVII. Heraclii: *πίπτει ουν εν τω πολέμω ό Ραζάτης και οί τρεις Τουρμάρχαι των περσων*. Hoc quoque nomine denotatur is qui alicui provinciae regundae praeficeretur, nam vox turma ad regionem indicandam apud mediae Graecitatis ac Latinitatis Scriptores procul dubio adhibetur. (*Leo Tact. C. 4 § 8*) (*Cangius Glos. med. et inf. lat. V. Turmarcha*). Vel in monumentis quibus Camillus Pellegrinus Langobardorum collocupletavit historiam, haec verba deprehenduntur; *his diebus Theodorus Turmarcha Benevento praeferat*: quo quidem in loco recte

Cangius autumavit, ejusque sententiam postea Scottius comprobavit, nullo quidem pacto *Turmaca*, quasi cognomen esset, sed potius Turmarcha esse legendum, nam titulus erat quo Theodorus cohonestabatur. Eadem nos quoque ratione censemus hanc vocem non ad Sonipiae cognomen, sed ad titulum indicandum in praesenti nostra membrana usurpari.